

simul pendent ex arbore . et quod proiciendū est . et quod recondendū .
 At ubi ad torcular . et pressurā suentium fuerit . utrumq; discernitur .
 Dirimitur . et aliud appetitur . aliud respuitur . Ut ita nosse uim tor-
 culariorū istorū . ut unum aliquid dicā . Unde et ipsi murmurant que ce-
 faciunt . quante iniquitatis rapine temporibus nr̄is . quante pressurę
 innocentium . quante expoliationes rerū alienarum . Ita sane in amur-
 cam ad tendis . quia rapiuntur res aliene . in oleū non ad tendis . quia pau-
 perib; donantur et proprie . Non habebat antiquitas tales raptores
 rerū alienarum . sed non habebat antiquitas tales donatores rerū sua-
 rum . Aliquanto esto curiosior in torculari . Noli hoc solū uidere quod
 publice fuit . est aliquid qđ querendū inuenias . Discite . audi . cognosce
 quā multi faciunt . quod ex ore dñi cum audisset unus dies . tristis
 abscessit . Ex euangelio multi audiunt . Uade uende om̄a que possi-
 des . da pauperib; . et habebis thesaurū in celis . et uenisequereme .
 Non ad tendis quā multi id faciunt . pauci iniqui sunt . Ipsi tam pau-
 ci . oleum sunt . Et qui bene utuntur ^{his} in rebus quas possident . ad oleū
 pertinent . Ad iunge om̄a . et uidebis patris familias tui . plenas
 apothecas . Uide raptores qualē nunquam uidisti . Uide contempto-
 rem rerum suarū . qualē nunquam uidisti . Laudatorcularia . im-
 pletur prophetia de apocalypsi . Iustus iustus or fiat . et sordidus
 sordescat adhuc . Ecce torcularia in hac sententia . iustus iustior
 fiat . et sordidus sordescat adhuc . Quare et quinta sabbati . quid
 est hoc . recurramus ad prima operadi . ne forte ibi aliquid inueniam .
 quod et sacramta intellegamus . Sabbatum enī septimus dies . quo re-
 quiet ut dñs ab omnib; operibus suis . Magnū intimans mysterium
 quietis nr̄e future . ab omnibus operibus nr̄is . Prima sabbati dicitur
 primus dies . quem dominicū & iam nominamus . Secunda sabbati .
 secundus dies sabbati . Tertia sabbati . tertius dies sabbati . Quarta sab-
 bati . quartus dies . Quinta ergo sabbati . quintus ad dominico die .